





A-5

142 6

Notices : Norbert OFM Cap.
Wagner



A-5
142 b

CHARTREUSE de **MAYENCE**

→ Mont-Saint-Michel ←

(PROVINCE DU RHIN)

Deux Notices

"O solitudo
beata!"

F. M. J. + B.

"Beatitudo
sola!"

Orat!

Omnia ad majorem Dei Gloriam!

Labora!

Historia
Cartusiae Moguntiensis



elucubrata

a

P. Norberto, ord. Capuein.


nostri v. P. Martini, simul Magistri
doctiss. nepote.

In linguam Latinam versa est ab juniore quodam
professo Cartusiae
Hain.

Fuge!

Tace!

Reverte!



Moguntia, urbs capitalis Electoratus ejusdem nominis,
 sita est in una amoerissimarum ac foecundissimarum
 regionum Germaniae, ubi Moenus in Rhenum fluit, nec non
 adjacet colli graciose extenso. Sicut dignitate, ita et
 vetustate ceteras Germaniae urbes facile superat, quippe
 quam Drusus, Romanorum dux, condiderat. In pugnis
 Germanorum tum Romanis varie afflicta, dicta urbs
 anno 368 a quodam Randone, Alemanorum principe,
 dum maxima incolarum pars in templo orabant, occupata
 est multique cives cum maxima praeda abducti sunt.
 Similiter Vandali anno 406 multa incolarum millia
 in ecclesia ^{quodam} occiderunt urbemque ipsam diruerunt, ex
 quo statu tristi denique Carolus Magnus et S. Bonifacius,
 cunctorum Germanorum Episcopus, Moguntiam ^{ad} ~~novum~~
 splendorem ~~per~~ elevavit. Tempore aevi medi magno
 foederi Rhenenarum urbium ad tutandam mercaturam
 praesidebat. Assecuta est Moguntia apicem

4

gloriae ab anno 1250-1400. Cum divitiis simul
et artes et scientiae in urbe nostra forebantur.

Cum vix ulla Germaniae urbs sita magis oppor-
tuno quam Moguntia gauderet, Dei providentiâ ad
Metropolim quandam vitae spiritualis et ecclesiasticae
toti Germaniae destinabatur. Ihenus inferior in
ea superiorem attingit, Germaniâ simul australi
se cum septentrionali miscente. Gens Suevico-Alle-
manica heic salutat Francorum gentem, dum
Moeno favente ad Bavaros ac Francos australes navi-
gamus. Haud longe gens Chattica et Thuringica
habitans: ex collibus Palatiae oculi vagantur super
fertiles Lotharingiae agros. Historici de facto urbem
nostram super mille annos quasi-centrum tam
ecclesiasticum quam politicum intra Germaniam
fuisse praedicant. Occidente quidem sacro Ro-

mano Imperio germanicae nationis etiam gloria
ecclesiae Moguntiensis concidit, manebit vero historia
ejus gloriosa.

Seculo XIV. ornabat sedem urbis nostrae archiepiscopalem
Petrus de Aspelt, ex nobili quidem, haud vero diviti fami-
lia Trevirensi. Vir vere apostolicus (1305 - 1320) cum
esset, per totam dioccesim vitae religiosae fovendae incubuit.
Com~~ma~~ctus a venione apud Summum Pontificem vel in
ipsam Cartusiam Magnam profectus, amore monacho-
rum a s. Brunone Coloniensi institutorum ob mores
ipsorum purissimos ac sublimem vitae rationem ita
excarsit, ut ipsos in suam dioccesim transplantare
percuperet. Lite de ipsius ac fratrum de Hindshausen
juribus ad arcem Scharffenstein exorta. Petrus noster
Archiepiscopus regionem istam visitans de loci pro
monasterio aptitudine certior factus erat. N'eti. Fratres
arcis possessioni ex titulo juris feudalis inhiabant; judices

tamen sub praeside quodam Hermanno Schelen Bergensi
eam Archiepiscopo vindicabant, qui arce de dato 12. Maji
1310 accepta Carthusianos vocavit.

Ipse Archiepiscopus lapidem primarium jecit ac Carthusiam
fundandam Petri-Vallem nominari exoptavit. Nunc
fundos ac agros monachis dono dedit, imo ipsam insulam
quandam Rheni fluminis prope locum Walluf et Waldaffen
protensam, quae tamen post aliquot decennia undis urgentibus
ac excavantibus cessit. Item redditus annuos ex locis Wiler,
Weilbach, Eschbach tam inferiori quam superiori, Kausen aliis
que vicis monachis tribuit. Ex instrumento de donatione
scripto liquet, Ecclesiam Moguntinensem locum venerationibus
alias destinatum, Petrum vero cuncta alia ordini noviter
introducto donavisse. Donatione adeo liberali Archiepiscopo
in mente fuit, ut officium divinum quam dignissime pertrac-
taretur.

Capitulum Generale misit Patrem quendam, nomine Johannem
ex Polonia, ut domui sub titulo Pectoris praesesset, quod et usque

usque ad obitum cum laude fecit. Eodem anno Petrus quoque
fundator e vivis decessit; quo facto fratres supradicti de
Kindshausen litem de recuperando loco denuo movebant.

Equites item vicini monachis penando simulac strepitu
molestias causarunt. Quocirca Rector Johannes II.

Archiepiscopum Mathiam, Comitem de Bucheck (1321-28),
de mutatione Claustrum rogavit, qui et Canonicos ~~duos~~ tres:
Henricum de Rodenstein, Emericum de Rudesheim et
Johannem de Quellen querelas inquirere jussit. Secuta est
sessio Canonice generalis in vigilia festi s. Thomae
Apostoli anni 1322, quae petitionem Carthusianorum favebat
ac ^{mi} unanimiter translationem conventus ad locum aptiorem
approbavit.

Monachi ipsi ex visione Patris cujusdam Benedictini senescentis
locum prope Moguntiam elegerunt, ubi aedificium
novum extruerent. Viderat enim pius senex in ~~monte~~
monte, super quem postea monasterium erigebatur, scalam
usque ad coelos porrectam atque angelos ascendentes et
descendentes. Vidit simul angelos lapides asportantes

aliaque facientes, quae in aedificiis extruendis fieri solent. Visionem et Confratribus et Archiepiscopo aperuit, qui eo paratior factus est, ut talem loci electionem approbaret. Donationes ~~ita~~ per mulierem piam Moguntinensem, Catharinam nomine de Spiegel, et per Patriciorum quandam familiam, de Blaschhoff dictam, liberaliter monachis ~~factam~~ factae sunt, ut anno 1324 locum inquietum desererent ac Moguntiam transirent. Secuta est die 30. Martii 1324 per Archiepiscopum Mathiam Confirmatio Transitus in novum monasterium, qua occasione Ordini saepedicto attributum „Splendentis Gemmae nobilis pietatis” valde honorabile addidit.

Domus ipsa de monte S. Michaelis extra muros cognominata est. Elemosynis largissime acceptis anno 1330 P. Johannes II. ecclesiae aedificationem consummavit, qui munere 1325 abdicato postea nobis in Carthusiis de Treviris, Colonia, Confluentia et Herbipoli occurrit. P. Tibmannus successor erectionem domus novae ad Prioratum procuravit ejusque Prior primus factus, mox Patri Hermano locum cepit, qui et ipse post tempus breve novae Cartusiae, nomine

Grünaroviensi, Prior datus est. Anno tamen 1336 in
 Carthusiam Moguntiensem rediit, ubi etiam uno tantum
 anno elapso in Vicarii munere obdormivit. Circa hoc tempus
 (1333-37) P. Emericus Prioratum gessit, in cuius locum
 P. quidam Ludovicus, antea procurator, electus est.

Haud omittendum sensuimus, quod iste Prior saepius lau-
 datus Canonici de Moguntiacensi Metropoli privilegium
 Confraternitatis concessit - cum sine, sibi invicem iura
 ac merita spiritualia, fructus bonorum operum, aliaque subsi-
 dia adhibendi. Sub ipso conventui varia emolumenta
 excreverunt: sic ab Abbate S. Albani hortus cum vite, ab
 alio S. Victoris altera vitis data est. Godelint quaedam,
 uxor fabri Johannis de Wolfsheim atque Elisabeth, alia pia
 femina, benefactrices conventus nostri nominantur.

Priori Ludovico post lustrum Prioratus Johannes Eckter-
 nacensis successit, qui antea Prioratum apud S. Albanum
 Treviris gesserat. Chronicum eum laudat, „virum
 „praecipuae industriae et sanctitatis.“ Cui Ludovicus II. successit,
 sub quo P. Ludolfus Saxonienis Moguntiam venit.

Neque tamen mansit in isto conventu, sed brevi ante obitum Argentoratum reversus est, ubi mortuus est die 10. Aprilis 1377. In Cartusia Moguntiensi autographum vitae S. Christi asservabatur, quam iste Ludolfus celeberrimus atque per s. Theresiam et Franciscum Salesium commendatus conscripserat.

Post consecrationem ecclesiae per Vicarium Generalem, nomine Albertum de Bruchelingen, anno 1350 factam P. Ludovicus Prioratum abdicavit, ut reliquum vitae Deo soli offerret. Mortuus est 1366.

Successores ejus erant: P. Stefanus, antea Prior Cartusiae Confluentis ac post tempus breve Prior Coloniae factus, ubi anno 1361 mortuus est, et P. Conradus de Oppershofen, qui 1380 in munere prioratus Grün-aviensis Cartusiae obiit. Quos ambos secuti sunt: Hartvicus de Saulheim (1360?) et Hermanus II. de Fritzlar.

Tres circa hoc tempus benefactores Annales Conventus nostri memorant, nempe Archiepiscopum Johannem II., Robertum, comitem Palatinum et Carolus IV. Imperator.

Hic anno 1361 Cartusiae patronum dedit, qui ejus possessiones ac privilegia tueretur, item monachos a publicis oneribus terrâ flumineque praestandis liberavit.

Plures Priores sibi brevi succedebant: sub quorum primo, nomine Perlaci, vidua quaedam, Elisabetha Aobheymen, eximia Cartusiae benefactrix extitit. Illi successit año 1366 P. Ludovicus Klock, quem P. Johannes de Falkenstein secutus est. Sub isto urbs Moguntia interdicto ab Urbano V. punita fuit, quia cives in privilegia Cleri peccaverant.

P. Johani duo tantum años regnante alter Johannes, nomine Kyle, ex Cartusia Confluenti professus ac Prior Trevirensis - successit; post triennium vero ab officio absolutus, anno 1374 obiit. Quem secutus est Prior Conradus de Fritylar, antea procurator, post unicum Prioratus annum poena depositionis mulctatus, quia duobus maleficis favisset. Cui successit P. Johannes de Lyrenberg, item Johannes de Arnstein (1377-1380) et P. Theodoricus de Deventer, qui primo

anno Prioratus animam se reddidit.

Eodem anno P. Johannes de Leupach, professor
Cartusiae nostrae, prioratus munere in Cartusia Olmu-
censis Diocesis - Marienbusch - decoratur: Moguntiae
P. Udabicus de Werden ad idem officium anno 1381
erehitur. Eum poenaliter absoluit Capitulum Gen-
erale jureque vocis privavit.

Succedebant Priores duo, ^{item} minoris momenti:

P. Johannes Eucheler († 1392) et Johannes Winkler
(† 1394). Nunc sequitur clari nominis Prior: P.

Johannes Kesslerer de Frankfurt, quem tamen capitu-

lum generale post paucos annos eadem functione

in Cartusia Alemanaica, nomine „Coeli-^{Horti & horti}horto,

oneravit. Ejusdem temporis Chronicon meminit
benefactorum Adelheidis de Fürstenberg ejusque
donationis horti cum horto ad monachos.

Meminit quoque Secani Canoniorum P. Johannis,
Johannis de Nordheim, qui anno 1399 apud
Cartusianos ingressus, anno completo ad
vota admissus atque post duos jam annos Prior

factus est. Scripsit tota biblia sacra cum ordine addito, qua ratione Officium divinum similiisque a monachis praestanda essent, quo labore 1402 peracto ad Trevirensis carthusiam indeque ad Confluentem mittitur, ubi in munere vicarii 1442 a nimia deo reddidit.

Memorant Annales huius decemii, P. Adalricum ex superius dicto depositum denuo Prioratu functum esse et quidem in Carthusia Moguntiacensi, in qua et post aliquot menses obiit.

Nunc P. Johannes Hesselex, jam cum laude memoratus, regimen Carthusiae nostrae suscipit; post paucos vero menses rogantibus Episcopo Augsburgensi ac Nobilibus quibusdam regimini Carthusiae „Coeli-Horti“ redditur. Pedit vero brevi, ut P. Johannem de Dotzheim in Prioratu sequeretur. Simul Con-Visitator et iuris Visitator electus est. Eodem anno Eques quidem opulentus in Ordinem ingressus Carthusiae Moguntiacensi varia bona ac pecunias dono dedit, ex quibus cellae, bibliotheca puteusque

Conventui pararentur.

Memoria dignum est, P. Johannem Hessler prioratui abdicasse (1418), ut ad mortem se melius praepararet, quae aⁿo 1425 eum attigit. Successit P. Ortwin Floppener, ex Sacerdote saeculari Cartusianus factus, anteaque jam Cartusiae benefactor, cui post quadriennium regimen aliarum duarum Cartusiarum obtigit. Sub eo vidua Anna Eselwek, ~~soror~~ ^{cognata} duorum Carthusianorum, Johannis ac Petri, conventui villam suam dono dedit. Secunda vice ~~in~~ Prioratus electus, die 29. Januarii 1428 efflavit animam.

Successit in munere P. Henricus de Koenigstein, quo regnante multi Nobiles Cartusiam inierunt. Inde augebantur divitiae ac splendor nostri Conventus. Sic numerantur Comes Johannes de Ysenburg, frater Archiepiscopi Diether de Ysenburg, Johannes de Bellersheim, Erwin de Horbach, fratres duo, vocati Brendel de Komburg, quorum unus laicus tantum frater fieri voluit. Plenus

tandem meritis migravit ad Dominum) (1447).

P. Johannes Engel successor post aliquot menses item obiit.

Nunc secutus est Prior plurimum annorum idemque Nobilis:

P. Luitbert de Schallenberg, qui die 24. Octobris 1464 vitam finiit. Ipsi in urbe donata est domus cum orto; a vidua quoque, quae duorum monachorum cognata erat, accepit Conventus agras, prata variosque redditus.

Post regimen quinquennale P. Henrici Liebman de Gutterberg (+1472) secutus est P. Marcellus Geist, antea Prior in Helvetia, quem mors inopinate, inter Visitationem abripuit, priusquam Moguntiam attigisset (9. Octob. 1469). Successor ejus, P. Johannes Lyse de Schmalkalden, bonis et agris, imo tribus quoque insulis Cartusiae acquisitis, obdormivit in Domino die 31. Decembris 1482. De Sexennio P. Cülmani de S. Joar notatur ab Abbate Trithemio, pium quendam operarium, Bernardum nomine, die 29. Novembris 1500 ex templo S. Cornelii Aquisgranensi caput S. Annae furatum esse. Dederat illud monachis S. Francisci, isti vero dederunt iterum Carthusiano P. Johanni, quem Archiepiscopus ad eos miserat; urbe tamen Siren renitente sacrum Annae caput mansit apud Sirenses — usque ad hanc diem.

Qui nunc in Prioratu successit, Doctor medicinae antea fuerat: P. Johannes Beuteler ex Frankfurt. Abdicavit anno 1506 Prioratum, ut in solitudine Deo magis vacaret. Obiit in Domino 1516. In ejus locum (1506) P. Johannes electus est, primus Priorum Moguntiensium, qui ex ipsa urbe ortus erat. Petiit 1509 misericordiam obiitque post annum in munere Vicarii.

Ex primis XVII. seculi decenniis Chronicon Mogunticense trium Priorum meminit: P. Johannis Steinbach ex Franken 1509-15, deinde P. Petri de Lunen Kreuznachensis, qui jam antea in Prioratu Rettelensi ac iterum postea in Cartusiae Ellenbachensis prioratu excelluit, tertio meminit cujusdam Caudii Gobellini pro Ordine indefesse laborantis simulque viri docti, qui usque ad annum 1547 regimen Cartusiae tenuit. Notatu quoque dignum est, quod parochus cuidam, nomine Conrado de S. Christoforo, per Jesuitam celebrem Petrum Fabrum conversum, vestem S. Brunonis dedit.

Secundum XVI. seculi semi-seculum (1550-1600) inauguratum fuit incendio tristissimo, quo milites Alberti Alcibiadis Brandenburgensis die 22. Augusti 1552

Carthusiam nostram diruerunt — exceptis tantum quatuor cellis. Libri, manuscripta magni pretii, imagines et pretiosae vestes liturgicae igni traditae sunt. Carthusiani ubique dispersi sunt. Prior Vitus Dülken (1547–53) Confluentiam abiit; redire autem voluit sequenti anno; pestis proficiscentem abripuit. Valde notabile videtur, quod tunc temporis Archiepiscopus Inesensis nominatus: Florianus Jusla, inter novitios domus nostrae susciperetur.

Pater Vitus tam editis Doctoris ecstatici operibus quam edita „historia aliquot nostri saeculi martyrum” clarus fuit.

Successores eius sibi cito succedebant: P. Mathias Kemmer Treverensis, P. Georgius Reisenstein (1556–58), P. Wilhelmus Kären Füllichensis. In huius locum electus fuit 1562 P. Philippus, Vicarius antea Confluentiae, cui tamen post annum Prioratus Herbipolensis traditus est. Obiit in Carthusia Prettel.

P. Andrea de Brabant (—1564) regimen ducente Chorepiscopus, ad Concilium Frid. 1563 itinerans, prope Carthusiam nostram undis Rheni mergitur, cuius cadaver monachi reverenter susceperunt ac in ecclesia sua sepelierunt.

Ex tribus successoribus: P. Johanne ex Buchholt (1564-67),
 P. Nikolae (1567-73) et P. Lamberto (1573-89) ultimum
 hunc majore laude dignum censent Annales Cartusiae
 Obiisse dicunt multa perperum eum fama sanctitatis (1602).
 In ejus locum P. Valentinus Goebelin 1589 successit
 sub ejus regimine Cartusia florebat (1613); aedificia
 diruta reaedificavit ac plures ex Cartusia Argentoratensi
 expulsos monachos suscepit.

Bello tricenniali Germaniam vastante Conventus
 Moguntiensis paucis expensis oneratus est; monachi ipsi
 in Galliam migraverunt, a Priore P. Jona Meder (1625-
 1655) illuc missi, Priore ipso Coloniae properante.
 Post breve tamen exilium redierunt euncti.

Succesor P. Jonae erat P. Laurentius Mertlach
 de Boppard (1655-1663), qui conventui magnis
 expensis aquae-ductum curavit. Post ipsum alius
 Boppardensis, P. Johannes Frey (1663-82) a Capitulo
 Generali electus est Prior; is peste grassante prohibuit
 ne quis introiret vel exiret sub dimissionis poenae. Famu-
 lum quendam excurrentem de facto dimisit, qui et peste obiit.
 Valde calamitosus erat Prioratus P. Jost Schwab de ~~Leb~~

tingen) (1682-1712). Tum monachi in quandam ipsi propriam domum urbis effugerant, anno 1689 l'arthusia a militibus invaditur. Procurator solo permanente, qui cum dolore videbat, muros dissipari, ligna concremari, vas fructusque agrorum devastari. In l'arthusia habitabant Proceres, duces, imo et famulae ac equae ipsorum. Procuratore frustra renitente.

Ad annum 1701 Chronicon memorat legem l'arthusiae novam: quoties professus moreretur, toties pauperem per totum mensem cibandum fore. Celebris erat l'arthusiae hospitalitas.

In eunte seculo XVIII. memorant Annales maxima cum laude Priorem Michaelen Welken Trevirensis, qui totam domum ita feliciter renovavit, ut Moguntiensis l'arthusia ~~xxx~~ pulcherrima in Germania vocaretur. 1712 Prior electus, 1731 Visitator insuper factus est. Ecclesiam ad summum splendoris gradum evexit, tria altaria marmorea extruxit, claustrum ipsum picturis sacris adornavit, bibliothecam contra incendia tutavit. l'alamitates non deerant, cum circa 1734 milites denuo

regionem ac urbem inquietabant nec non multa jura
 Cartusiae violarent. Sed prudentissimus Prior Michael
 eam ita rexit ac violata reparavit, ut domus Mogunti-
 ensis prima ex cunctis Germaniae haberetur. Mortuus
 est die 26. Junii 1753.

Eum sequebantur duo ultimi Cartusiae
 Priores: P. Valentinus Thomasen de Moguntia
 (1753-71) et P. Norbertus Neef de Montabaur (1771-81).
 Circa Priorem Valentinum memorant ejus manuscripta
 novitium, nomine Samuelem, revelationes terribiles ipsi
 a Deo factas in virtute obedientiae Patri suo spirituali
 Valentino indicasse. Ultima quoque sub ipso Valentino
 professio fiebat (1768). Nam, ultimo Priori jam munus
 in eunte Vicarius Generalis praecipit, ne ultra novitios
 admitteret. Causa hujus vetiti erant divitiae, quibus
 Cartusiani aliis ordinibus antecellebant. Quia erant
 opulentiores prae ceteris, ideo duobus decenniis praeceteris
 ex mittebantur. Theologi, Canonistae, imprimis Consili-
 arius quidem Electoris = Principis de Erthal, Valentinus
 Heimes, sophisticae artis nimis periti erant, dictum
 Principem quietandi, ita ut Summi Pontificis licentiam

extorquere ausus esset. Causarum una haec fuit, ut Universitati Moguntiacensi nova subsidia et emolumenta ex bonis sublati crearentur.

Atram publicationis diem sic Annales descriperunt: Die 24. Augusti 1781 Bulla papae Pii VI. Cartusiam suppressit, die 6. Octobris Imperator consensum praebuit, die 15. Novembris hora 9^{na} ante meridiana Officiales Electoris-Principis, nempe von Scheeben, Keimes ac Secretarius Quanz ad Cartusiam vehebantur, ut suppressionem indicarent. Cuique monacho licebat, aut in Cartusiam Erfordensem transeundi, aut in mundum redeundi. Summa pecuniae mediocri annue promissa est. Monachis supra annum non abeuntibus, anno 1782 sex illorum in Cartusiam Erfordensem per duos curros transportabantur. Nomina eorum haec sunt: P. Norbertus de Montabaur, P. Bruno Eplende Zeltmgen, P. Sebastianus Lutteraf de Moguntia, P. Melchior

Lagenstein ex Herbipoli, P. Benedictus Bräutigam de Moguntia, denique P. Henricus Braden de Rildesheim, postea Prior Erfordensis. ceteri omnes ex Carthusia dimissi sunt, quorum septem Moguntenses nati erant.

Princeps-Elector bona ac proventus Conventus sic suppressi ad Universitatem detulit, juribus quibusdam sibi reservatis. Postea ab Universitate claustrum, ecclesiam ac capellas acquisivit, ut civitas dirueret et sibi hortum deliciarum pararet. Sed Tero vindice!) milites ex Gallia intrusi 1492 hortum deliciosum cum villa amoenissima deleverunt. Circa proventus vi abreptos simile infortunium advertebatur. Bibliotheca cum illa Universitatis unita fuit, sed illic Chori ornant Chorum ecclesiae cathedralis Trevirensis. Picturae et imagines in domo Alumnatico Moguntiae cernuntur. Altaria tria marmorea per Abbatem de Seligen-

stadt acquisitae et in ejus ecclesia abbatiæ erectæ sunt.

Terra, super quam Carthusia ædificata erat, primo ad muniendam urbem, deinde ad recreationes ac hortos destinata est. Ibi stabat templum, nunc caupona se erigit. Ut uno verbo cunctam historiam eamque tragice finitam dicamus: successit vita mundana ac saecularis in locum vitae perfecte regularis ac religiosae, quae hic praeduros fructus genuerat.

Comendatio nunc Editoris finitopusculum, in qua sic circiter religionem S. Brunonis laudat et elevat:

Innumera beneficia filios Brunonis societati humanae praestitisse eo quod, cunctis seculis Ascetism, litteras et artes foverent. Maxime vero duplici vi Orationis ac bonorum exemplorum vitam illorum puram et sanctam hominibus profuisse.

Titre en français ²⁹ Ala P^e Ren.

La Chartreuse du Mont S^t Michel
près Mayence, extrait d'un livre
intitulé: Les anciennes fondations religieuses dans le
Grand duchi de ~~Kassau~~ ^{Hessen} par Guillaume Wagner
deuxième volume [p. 178 à 196.]

Province de la Hesse du Rhin -
Rédigé par D^r Folk et édité par Frédéric Schneider

Darmstadt

Librairie de Klingelhöffer -
1878
Titre en allemand

Die Kartause vom Michaelsberge
bei Mainz, Auszug aus dem Buche:
Die vormaligen geistlichen Stifte
im Grossherzogthum Hessen
von Wilhelm Wagner - Zweiter Band -
Provinz Rheinhesen - Unter Mitwirkung von
D. Folk - bearbeitet und herausgegeben von Friedrich Schneider
Darmstadt - In Commission der Hofbuchhandlung von Klingelhöffer
1878

I En 1322 le chapitre de la cathédrale consent
à ce que le monastère des chartreux de la Vallée de Pierre,
soit transféré de Scharpenstein (Schorpenstein)
à Moyence (2) Scharpenstein appartenait à l'abbé de Wille
était une ruine de château non loin de Hedrich I
(2) Joannis R M II 883.

La Chartreuse du Mont S^t Michel

près Mayence.



Ce monastère était situé au dessous du Couvent de S^t Alban, à l'endroit où se trouve aujourd'hui le fort de Charles ou d'Alban, au dessus et à côté de la Favorite, vis-à-vis l'embouchure du Mein et sur la hauteur de la nouvelle plantation, ^{hauteurs} et qu'on appelle ^{autrefois} le Mont de S^t Michel, là où se trouve maintenant le bâtiment de l'auberge qui remplie juste la place où se trouvait l'Eglise et la Chapelle. De ce point, peut-être le plus beau de la ville, où était situé ce monastère, le plus beau et le plus grand de cet ordre en Allemagne, on a une vue splendide sur le Rhin et sur le pays au delà du Mein.

En 1320, l'Archevêque Pierre de Mayence offre à l'Ordre des Chartreux un emplacement à Mayence pour construire un monastère et lui donne les revenus de Niederebach, Harsen, Heilbach, Wicker et Massenheim, ^{et} ~~ainsi~~ ceux de Ingelheim et Oestrich. En 1329, le Chapitre de la Cathédrale de Mayence consent à ce que le monastère des Chartreux soit transféré à la vallée de S^t Pierre, de Scharpenstein (Scharfenstein, à Mayence) autrefois Vass. a. Eltsville, Burgruine non loin de Kiedrich.

Le 19 Janvier 1323, devant le juge Salmaan et devant deux citoyens de Mayence, Henri, fils de Kraft, maire de Mayence renonce à son droit héréditaire sur un arpent de terre labourable, située au dessus de Filybach sur la route de S^t Victor - ainsi que sur trois arpents de la veigue situés au dessus de Filybach, au bord du Rhin.

Philippe et son épouse Elisabeth ont donné ces terres aux frères Chartreux.

monastère de S^t Michel
dont parle Walden (N^{os} 47 et

avec maison, jardin, cour, vignes et une rente de 3 livres de Heller.
 Le juge Salmann et les témoins font la déclaration le 26 Janvier devant le
 maire Emercho et devant le Tribunal de cette cause. Au dos du document
 se trouve ce titre: Donatio ortorum ac vinearum in quibus nunc constructum
 est monasterium (Cartusia) mont. S. Michaelis. (Baur v. 241. Sch).
 En 1323, les juges de Mayence prouvent que Elisabeth, épouse de Philippe, fils
 d'Ayzo à Blaschof, citoyen en ce lieu, ne veut pas être à charge aux
 Chartreux, à cause d'une maison ^{située au delà de Nibloch, au bord du Rhin et} qui a été vendue par son mari, pour
 60 marcs et 3 livres Heller (3) (note à la fin de la notice)
 En 1324, l'archevêque de Mayence, Mathias, confirme la translation du
 Monastère de la vallée de St Pierre, au mont St Michel près Mayence à
 côté du couvent de St Alban (H) En 1325 les moines constructeurs la
 nouvelle Chartreuse et appeleront l'endroit Mont St Michel, au lieu de
 l'ancien nom: die Rynhelde". En 1326, le recteur Filmann, successeur de
 Jean fit incorporer à l'Ordre, cette nouvelle maison, et à partir de ce
 jour il en fut le 1^{er} Prieur. En 1328, il quitta le Prieur de cette
 maison et ensuite en 1340 il fut nommé Prieur à Coblenz, où il mourut
 en 1343. Il eut pour successeur jusqu'en 1333, Heilmann qui fut alors
 nommé Prieur du nouveau monastère à Grünau. Il fut remplacé en
 1333 par Enmerich, du monastère de Seitz, et en 1337 par Louis.
 Celui-ci recut ^{en fait et pour toujours} en 1341 de l'abbé et de la communauté du Couvent de St
 Alban, un jardin situé au bord du Rhin et au pied de la montagne
 sur laquelle se trouvait la Chartreuse, et aussi une vigne, grande d'un arpent
 1/2, ^{contre} pour une rente de douze Schillingen Heller. Vers le même temps la
 Chartreuse recevait aussi de Alban Klostenberg, un arpent de vigne situé
 au bord du Rhin, près du couvent, dans l'endroit appelé "Rynhelde", pour
 une rente annuelle de 30 deniers ^{de Cologne}, et du Couvent de St Victor

H) Thomis B.M.
 II 834. Det d-
 act Prigue M. V.
 port communal.
 murain Roman

deux arpents de vigne, sur la Rynhelde, moyennant pareille rente de 30 deniers par an. (5) En 1338 les juges de Mayence constatent que le Prieur et la communauté de la Chartreuse ont reçu le droit de justice sur

16. Baum documents III n° 1091, Per. IV post octas. Epiphaniae domi. (14 janvier)

sur un jardin et une vigne qui s'étendaient jusqu'aux limites du monastère. (6) En 1339, Godelint épouse de Jean L'immermann de Wolfesheim (Wolfsheim) donne aux Chartreux, près Mayence 2 livres Heller sur les biens indiqués (7) En 1340 le juge Nicolas, à Mayence, établit que Else à Eselsweck a donné aux Chartreux, près Mayence 2 marcs pfennige de la valeur annuelle, sur la maison de Syfrid potier d'étain sur le Leichhofe (8)

7. Baum doc. III n° 1112, Per IV post Misericordiae dni. (15 avril)

En 1342, Jean de Echtermach, auparavant Prieur de Crèves. En 1346, le chapitre de l'église de St. Bartholémy à Frankfurt, vend aux Chartreux du Mont St. Michel, près Mayence, la neuvième partie d'une cour à Dexheim. (9) Boetmer Cod. Moenofrone I 603-4 Not. et dat. in Frankinfurt. p. 112, Ke. oct. (30. 1346)

8. Schaab. Buchdruckerk. I 540 n° 345a Per IV post nativ. Joh. B. (24 juin)

En 1347, le maire Wigant et les échevins, à Castell, remettent à Jacques Stoss, Procureur des Chartreux, sur le Mont St. Michel, leurs prairies situées ^{nommées le Wert} au dessus de Salza que le Prieur et la communauté des Chartreux, du Mont St. Michel, hors de Mayence, ont achetées d'eux et de leur commune, pour 100 livres. (10) La même année, Gerlach qui venait d'être nommé Archevêque, par le Pape, confirma la Chartreuse avec toutes ses possessions parce que les religieux l'avaient reconnu de suite pour l'Archevêque.

10. Baum Not. III n° 1206, lundi avant le jour de St. Gall 15 octobre de la lettre d'achat datée du 4 avril

En 1348, Louis Prieur, en cette même année il achète de la commune du village de Kastel, la partie de l'île du Rhin située entre Kastel et la Salza, moyennant 100 livres Heller. A l'occasion de cet achat, ils eurent un différend avec le Comte de Nassau, mais au moyen d'une rente, un arrangement eut lieu en 1364. C'est ce qu'ils firent

18 et les saintes missions de 11 Dec. 1359. (Not. de Dom)

(4)
 confirmer en 1365 par l'Archevêque Gerlach et par l'empereur Charles IV.

En 1350, le Coadjuteur Albrecht de Reichelingen consacra la 1^{re} Eglise des Chartreux qu'un Chanoine et maître d'école dans le couvent de Bingen avait fait bâtir, à ses frais, depuis 1330. La même année 1350, Albrecht de Reichelingen vicaire Général de Gerlach Archevêque de Mayence consacra le mardi 30 Mars, pendant l'octave de Pâques, l'Eglise de la Chartreuse du Mont S^t Michel, près Mayence, ainsi que les chapelles et les autels. (11) Joannis B. M. II 835, Fol. II post Quinimodogeniti (5 avril)

1351. Acte d'un notaire sur les difficultés entre les Chartreux, près Mayence et la commune de Kastel, à cause d'une prairie située au milieu du Rhin, au dessus de Salzbach. (12) (à la fin de la note)

1351. Etienne, Prieur,

1354. Conrad, de Oppershofen, Prieur

1356. Hartwich de Saulheim, Prieur.

